

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Gottl. Heineccii, IC. Potentiss. Prvssor. Regis A Consil.  
Secret. Ivr. Ac Philos. In Ill. Frideric. Prof. Pvbl. Ord.  
Observationes Theoretico-Practicae Ad Istitvtiones**

**Heineccius, Johann Gottlieb**

**Francofurti Ad Viadrvm, MDCCCLXIII.**

**VD18 13013149**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18268**



## P R A E F A T I O.

  
Qui iam auctior multo at-  
que emendatior prodit  
*Observationum Heinecciana-*  
*narum* libellus, eorum commodo  
typis est receptitus, qui iura tra-  
etare incipiunt, in quorum itaque  
gratiam paucula erunt adiicienda.

Lucem uiderat primum *Bero-*  
*lini* 1744, 8. hoc elogio: *Io. Gott-*  
lieb  
)( 2

lieb Heineccii, IC. et Antecess. Dictata ad Elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum adornata. Quamuis uero non deessent emtores, multi tamen optarunt, ut operaे Rudolstadienses, ubi libellus fuerat impressus, accuratiorem adhibuissent diligentiam, neque tam multis, tamque ridiculis deformassent erratis, in quorum enarratione iam non erimus occupati. At et deerant multae obseruationes, quas cum auditoribus communicare solebat immortalis memoriae ICTus, b. Heineccius. Quibus desideratis uti satisfaceret uidua b. Kleibii, nihil in se desiderari est passa, id quod utriusque editionis collatio unumquemque docebit. Quamuis uero sic haec editio priorem longo post se relinquat interuallo: ingue tamen fatendum, hinc inde oscitantiam typographi fraudifruis-

fuisse bono consilio, dum e. gr.  
pag. 33. lin. II. pro: *Conf. ill. a*  
*Ludevvig in Diff. de nobilitate adoptiua,*  
ridicule posuit: *Conf. a Lu-*  
*devvig in III. Diff. de nobilitate ad-*  
*optiua.* Sed condonemus hunc  
errorem, modo ne plures similes  
occurrant.

Quamuis uero non desint,  
qui Elementa haec Heinecciana su-  
is illustrarint obseruationibus, non  
inutiles tamen et hae erunt, quae po-  
tissimum ad usum fori hodiernum de-  
monstrandum faciunt. Qui uero uberi-  
ora desiderant, ei satisfacere poterunt  
b. uiri *Praelectiones, (Academische Re-*  
*den,) quae cura clar. Ioachimi prod-*  
*ierunt Francofurti ad Moenum.*

Neque reticendae aliorum  
lucubrations. Sic ill. Estor plu-  
res ante annos Giessae *animaduer-*  
*siones* una cum ipsis *Elementis* pu-

blici iuris fecit, quarum propedi-  
nem nouam, eamque auctiorem ex-  
spectamus editionem. Christianus  
Lunckenbeinius in gratiam ill. Co-  
mitum a Logau et Altendorff *Fran-*  
*cofurti 1753*, 8. edidit *Examinatori-*  
*um iuxta praecipuas Institutionum*  
*Heineccii materias*. Celeb. Knorrius  
b. Patris *Observationes* ad eundem  
libellum publici iuris fecit *Halae*  
*1758*, 8. Ibidem 1760. eadem for-  
ma prodiit Ernst Chr. Westphalii,  
V. C. *Conspectus scientifico-litterari-*  
*us Institutionum Heineccianarum prae-*  
*lectionibus publicis accommodatus*. De-  
nique cel. Hommelius edidit *Sce-*  
*leton iuris ciuilis* Lipsiae in fol. Et haec  
sunt, quae in temporis atque char-  
tae angustia monenda esse duxi-  
mus. Scrib. Francofurti. d. 23.  
Martii. 1763.



O B S E R .



# OBSERVATIONES

A D

## INSTITUTIONES.



§. 2.

**I**mperator) Neque adsentimur tam  
men Vlr. Hubero, qui in *Auspi-  
ciis domesticis* existimat, melius  
consultum fuisse iuris prudentiae,  
si aut Cicero aut Caesar manum huic operi ad-  
mouissent. Nam tunc elegantius quidem ius  
haberemus, at minus moribus nostris accommo-  
datum, quia illis temporibus ius antiquum ad-  
huc in uiridi obseruantia erat. Conf. Bynkers-  
koek. in *Praetermiss. ad l. 2. D. de orig. iur.*  
ubi Ciceronem parum praestitisse in iuris pru-  
dentia pluribus demonstrat, quamuis Schultin-

A

gius